



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm
Capitum secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 3167

Ne igitur te pudeat testimonij Domini nostri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36308

inhabitatione diuinitatis, sciendum est, inhabita-
tionem esse effectiōē nouitatis. Hæc effectio
ita sit, cum cor prius apprehendit remissionem
peccatorum & consolationem, intuens in media-
torem filium D E I , & statuens te propter il-
lum mediatorem habere remissionem, & iustum
esse, id est, placentem D E O , non propter ef-
fectionem nouitatis aut nouitatem. Ita manet
uera propositio : Paulus conuersus habet re-
missionem peccatorum, & est iustus, id est, ac-
ceptus Deo propter meritum C H R I S T I , seu
propter propiciatorem sola fide, iuxta illud :
Quem posuit propiciatorem per fidem per san-
guinem eius. Hæc consolatio semper sit in con-
spectu, qua cum reguntur corda, simul fit uiuifi-
catio, & illud quod dicitur Ioannis decimoqua-
to. Veniemus ad eum, & mansionem apud eum
faciemus. Discernenda tamen est consolatio à
nouitate, quia in uero agone cernimus nostra pec-
cata, & iram Dei, nec potest nisi iusticia, nostra
nouitate, iuxta illa dicta Exodi 34: Coram te
innocens non est innocens. Item lob nono. Verè
scio quòd non sit iustus homo coram Deo.

*Ne igitur te pudeat testimonij
Domini nostri.*

M s Dixit

III. EPISTOLA AD

Dixit datum esse Spiritum non timiditatis, sed efficacem in consolatione, & constanter in confessione. Nunc addit adhortationem quam consequens. Ergo esto constans in confessione, non pudeat te testimonij, id est, confessionis, non frangaris specie crucis, & econtra autoritate & sapientia aduersantium, sicut alibi inquit 1. Corinth: 9. Non pudet me Euangelij. Sicut manifestum est moderatae naturae ingentem dolorum esse, stercus inter paucos & spretos, & videri stulte aut petulanter aduersari summorum hominum, qui antecellunt sapientia, uirtute, auctoritate, iudicijs, & turbare publicum statum, dici faciem seditionum, tubam bellorum esse. Aduersus hanc tentationem Esaias inquit capite 13. Ne timete probra hominum.

*Sustineas mala cum Euange-
lio secundum potentiam
Dei, qui fecit nos
saluos 2c.*

Postenso inserit sepe repetitum dictum: Et operibus Legis non iustificabitur omnis homo coram Deo. Affirmat nostra opera negligi